

In altera.

Gubernaculum, ac anchora, in transversum coniuncta inter se longo flammis videntur. Hinc inde. S-C. infra. SICUTI. Nummum hunc argenteum vidi Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

\* Veneris effigies videtur laeva facie, capillo eleganter pexo, reticulo aureo interlegato, ad synciput, ac in auri ornata. absq; inscriptione.

In altera.

Fauni caput in ara positum est, ac palma decussatim, quod canis anterioribus pedibus in summo margine defixis accurrit, admiranti similis. Inscriptio. CVRIVS VAREVS. Nummum hunc argenteum vidi Mantua apud Julium Romanum.

In una parte.

3. Cephalicon virile, laevo obtutu, diadematu. Inscriptio. L. Cornelius Lentulus.

In altera.

Aquila praedam correptam delacerat, testudinem nimirum unguibus compressam rostro mordet. infra. C. PETILIVS. Nummum hunc argenteum vidi Roma apud D. Achillem Maphium.

In una parte.

4. Sulla depingitur, facie dextra, vultu senili, caluo capite, eoque aperto. Inscriptio. L. SVLLA IMP. P. P.

In altera.

Signa religionis inveniuntur. Sympullum, theca cuculæ, lituus, trulla, asprigulum, patina, culter. Suprà.